Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ACTVS.

eis ⁊ blasphemantibus: excutiens
uestimenta sua. dixit eis. Sanguis
uri super caput uestrum. Mundus ego:
ex hoc ad gentes uadam. Et migans
inde intrauit in domum cuiusdam nomine
tyti iusti colentis dm: cui domus
erat conuncta synagoge. Crispus
autem archisynagogus credidit dno
cum omni domo sua. Et multi corin
thiorum audientes credebant. ⁊ bap
tizabantur. Dixit autem dns nocte
per uisionem paulo. Noli timere. sed
loquere ne taceas: propter quod ego
sum tecum: ⁊ nemo apponetur tibi ut
nocetur te: quia plus est mihi multus
in hac ciuitate. Sedit autem ibi an
num. ⁊ vi. menses. docens apud eos
uerbum dei. Gallione autem proconsule
achaie. insurrexerunt uno animo iu
dei in paulum: ⁊ adduxerunt eum ad tri
bunal dicentes: quia contra legem
hic persuadet hominibus colere dm. In
cipiente autem paulo aperire os. dixit
gallio ad iudeos. Si quidem esset iniu
quum aliquid aut facinus pessimum
o iuuenes iudei: recte uos sustinerem. Si
uero questiones sunt de uerbo ⁊ nominibus
legis uestre: uos ipsi uidebitis. Iudex
ego horum uerborum nolo esse. Et minauit
eos a tribunali. Apprehendentes autem
omnes sosthenem principem synagoge
percutiebant eum ante tribunal: et
nihil eorum gallioni curae erat. Pau
lus uero cum adhuc sustinuisset dies
multos: fratribus ualefacientes naviga
uit syriam. ⁊ cum eo priscilla. ⁊ aqui
la: qui sibi totonderat caput in cen
chris. Habebat enim votum. Deue
nitque ephesum. ⁊ ibi eos reliquit. Ipse
uero ingressus synagogam disputabat
cum iudeis. Rogantibus autem eis
ut amplius tempus maneret apud eos
non consensit: sed ualefaciens ⁊ di
cens. oportet me sollempnem diem
aduenientem facere iherosolimis. ⁊ tum
reuertar ad uos deo uolente: profectus est
ab epheso. Et descendens cesaream.
ascendit ⁊ salutauit ecclesiam. Et de
scendit antiochiam: ⁊ facto ibi aliquan
to temporis spatio profectus est pamphilam
exordine galatiam regionem. ⁊ phri
giam. confirmans omnes discipulos. Iu
deus autem quidam nomine apollo. alexan
drinus natione. uir eloquens deuenit
ephesum. potens in scripturis. Hic erat
edoctus uiam domini. ⁊ feruens spiritu lo
quebatur. Et docebat diligenter ea
que sunt iesu: sciens tantum baptisma
iohis. Hic ergo cepit fiducialiter agere
in synagoga. Quem cum audissent pris
cilla ⁊ aquila: assumpserunt eum: ⁊ di
ligentius exposuerunt ei uiam domini.
Cum autem uellet ire achayam: ex
hortati fratres scripserunt discipulis. ut
suscipiant eum. Qui cum uenisset con
tulit multum his qui crediderunt. Ve
hementer enim conuincebat iudeos pub
lice. ostendens per scripturas esse xpm ihm.
Factum est autem cum xix.
apollo esset corynthi. ⁊ paulus
peragratis superioribus partibus
uenisset ephesum. ⁊ inuenisset quosdam
discipulos: dixit ad eos. Si spm sanctum
accepistis credentes? At illi dixerunt
ad eum. Sed neque si spiritus sanctus est audiui
mus. Ille uero ait. In quo ergo baptiza
ti estis? Qui dixerunt. In iohis bap
tismate. Dixit autem paulus. Johes
baptizauit baptismo penitentie po
pulum dicens in eum qui uenturus esset
post eum ut credent. hoc est in ihm.
Hoc audiuntes baptizati sunt in nomine